que ad officium ulis terrestre legitime creatum pertinet legitime exercen
Idcirco in universum omnibus presertim vero Judicibus
ac Judicio presidentibus cuiuscumque terre et districtus regni
nostri ac ducatibus eidem regno nostro subiaceat notifica
mus et committimus ut eundem pro vero et legitimo ulis ha
beatur ab aliisque haberi demandetur officium prefatum ministratus
agere et exercere permittatur cumque prefatas litteras nostras au
tentice fidei et creationis ac institutionis sue obtulerit eas
ob evidentiam testimonium in acta nostra tria vel castrum
cuiusvis terre et districtus ubi nostre litteras prefatas
venerit ingrossari et inscribi faciatur sic non aliter pro officio
suo facturus in cuius rei testimonium sigillum nostrum pre
sentibus est subimpressum Datum Warschovie XXVIII mensis
Januarii Anno domini M.D.LXIIII Regni vero nostri XXXIIII
Petrus Myszkowski R.P.
vicecancellarius

Ulis terrestre premisliensis providus Hyzbyl de Premislia
coram Judicio et actis prudentibus castrensibus premisliensibus stans
personaliter in vim relationis sue publice palam et per expressum
recognovit quia quemadmodum ab officio seu Judicio castrensi ca
pitali premisliensi iuxta nostram formam additus et deputatus
erat ad proclamandum antea ita et nunc providum Petrum de
Krassycze ulis terrestrem premisliensem extitit ipse Hyzbyl
ulis prefatum Petrum ulis sonorosa voce proclamavit et
publicavit coram Judicio et officio castrensi ac in circulo civi
tatis premisliensis ut eundem Petrum ulis de Krassycze pro vero
et fideli ulis omnes habeant haberique ab aliis permittant
officiumque eius utantur super quod ulis [illegible]

Rto ulis ex parte Wloszczeczky, con advocatum et scabinos premisliensis

Ulis terrestre premisliensis providus Lucas de Krzywoza unacum
nobilibus Joanne Przegoczki et Iwan Podwyszczky secum
comparens coram officio et actis prudentibus castrensibus premisliensibus stans
personaliter in vim relationis sue recognovit quia eidem ulis et dictis
nobilibus est obductum et protestatum feria sexta post festum Sancti
Nicolai proxime preterita ex parte nobilis Joannis Wloszczeczki in ac
con famatum Mathiam dictum Wolkowycz advocatum et scabi
nos civitatis premisliensis quia ipsi noluerunt eidem Joanni Wlo
szczeczky administrare iusticiam cum provido Jacobo Boya
rzinski iuxta decretum sacre regie ulis et remissionem ex
conventione generali petricoviensi ad officium civile premisliensis
sed quia ipse advocatus cum scabinis contravenerunt decreto

et remissioni sacre regie ulis eandem iusticiam prefato Wloszczeczky
non administraverunt que ita et non aliter fieri ipse ulis recognovit
et nobiles prefati relatoris ipsius ulis attestati sunt

Obductio capitis olim Mathie parath de Buskowicze

Ulis terrestre premisliensis providus Jaczko de Koblo unacum no
bilibus Joanne Przegoczki et Petro Carlinski secum compa
rens coram officio et actis prudentibus castrensibus premisliensibus stans
personaliter in vim relationis sue publice et per expressum recogno
vit quia feria tercia post festum Sancti Martini proxime preterita
anno presenti eidem ulis dictisque nobilibus est obductum et pro
testatum caput octisum providi Mathie dicti parath de sorte
ville Byskowicze subditi nobilis Joannis Wloszczeczki ex parte
providi Joannis filii ceterisque filiis ipsius olim Mathie parath
per laboriosum Albertum Czeranczki ac eius complices subditis
magnifice Anne de Stoyanycze consortis magnifici Stanislai Maczeiowski
castellani Sendomiriensis de villa Biskowicze octisum et interem
ptum in quo funere seu cadavere prefatus ulis cum dictis nobi
libus vidit vulnus sectum enorme in capite ipsius a quo vul
nere ipse olim Mathias parath mortuus est ac circa ecclesiam
religiosorum in oppido Sambor in cimiterio tumulatus ac sepul
tus est circa quam sepulturam ipse ulis ex parte providi Joannis
filii ceterisque filiis eiusdem olim Mathie parath octisi iuxta nostram
formam voce sonorosa et intelligibili eundem Albertum Czeranczki
proclamavit que ita et non aliter fieri ipse ulis ut vidit eidem
protestatum esse recognovit et nobiles prefati relatoris ipsius ulis
sua personali recognitione attestati sunt

+ fratrum sancti dominici

Rto ulis ex parte Judei de Drohobycz

Ministerialis terrestre premisliensis providus Albertus de Dro
hobycz unacum nobili Hyzko Chustanowski secum compa
rens coram officio et actis prudentibus castrensibus premisliensibus stans per
sonaliter in vim relationis sue recognovit quia eidem ulis et dicto
nobili est obductum et protestatum feria secunda ante festum Assum
pcionis virginis Marie in celum proxime preterita anno presenti ex
parte perfidi mostro dicti Chudzicz Judei de Drohobycz qui
ulis cum dicto nobili eundem mostro viderunt in oppido Dro
hobycz decumbentem et iacentem in lecto egritudine ex
permissione divina correptum quique mostro Judeus propter
egritudinem et malam valetudinem suam non potuit adesse
presens in Chelm in negocio quod habet cum perfido Jo
zepho Judeo Chelmensi iuxta contractum inter eosdem mutuo
factum que ita et non aliter fieri ipse ulis ut vidit eidem pro
testatum esse recognovit et nobiles prefati relatoris ipsius ulis attestatus
est